



M. Ant. Mvreti Variarvm Lectionvm Libri XV

Muret, Marc-Antoine

Antverpiæ, M. D. LXXXVI.

Cap. 5. Emendatus locus Plauti ex Politicis Aristotelis.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-70864](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-70864)

gum erat quod notaretur, reperiatur certe, qui vel à
leampridem animaduersum, vel etiam è scidis atque
aduersariis suis à me subiectum esse contendat.

Emendatus locus ex Politicus Aristotelis.

CAPUT V.

ARISTOTELES septimo Politicon quorundam errorem notans, qui felicitatis caussam non in virtute, sed in opibus ac copiis esse censem, ait perinde eos ridiculè facere, ac si, quod musicus aliquis bene caneret, eius rei caussam non in artem, sed in lyram referrent. Id autem his verbis exprimit: Διὰ τὸν ἀθετούσαν διδασκαλίαν αἴτια ταῦτα εἶπεν οὐτερέ εἰ τὸ καθεῖται λαμπτεῖν ὡς καλός αἴποτε τογὴ μαλλον τέχνης. Quibus in verbis, ut illud praetream, quod legi malim aut αἴποτε, aut εἴπει τοιδεῖσι, aliud mihi multo grauius subesse mendum videtur. Neque enim τὸ καθεῖται λαμπτεῖν ὡς καλός, sed τὸ καθεῖται λαμπτεῖν καλός legendum puto: Λάμπω enim veteris musici proprium nomen fuit: quam boni, nihil ad rem: hoc enim tantum significat Aristoteles, si Lamprus bene canat, id non lyra, sed artificio ipsius effici, & ridiculum fore, si quis id non artificio ipsius, sed lyrae tribuendum esse contendat. Lampti autem mentio est apud Platonem principio Menexeni: ubi Socrates ait, facile esse, Athenis Athenienses laudare, non ei modo qui præstantes magistrorum naectus sit, quales ipse habuerat, rhetorices quidem Aspasiam, musices vero Connūm: sed ei etiam qui minus bonos, ut musices Lamprum, rhetorices Antiphontem. Hunc Lamprum Athenaeus, non sanè ex consuetudine musicorum, abstemium fuisse ait: proferritq. in eum amara quædam dicta veteris poëtæ.

P 4

Phrynichi,

de Mureti
in Lectione.
LIB
Z 5

Phrynicus; quibus ait, lugere gauias mortuo aquæ potore, quem etiam vocat mirificum aruncia lugubre quiddam & querulum concinendi, Miserum tridum & exsiccatum cadaver, luscinarum brim, Plutoris hymnum. Eius igitur, quicunque tandem fuit, iam prius apud Aristotelem oblitata memoria, reposita à nobis ac restituta sit.

De locis aliquot Plauti ex Pseudolo.

CAPUT VI.

IN EPTI post tot emendatores etiamnum legum locus hic è Pseudolo Plautina,

Phœnicium Calidoro amatori suo

*Per ceram & linum litterasque interpres
Salutem mittit, & salutem abs te expedit.*

Non enim *linum* legendum est, sed *lignum*. nam in tabulis ligneis cera oblitis veteres, ut nouum est, scribere solebant. Tabulas igitur ipsas vocat *lignum*. & loquuntur iuris auctores cum bonorum possessionem, contra tabulas vocant *contra lignum*. Quod autem in eodem illo diuerbio scriptum est,

Atque id futurum unde vnde dicam nescio:

Nisi quia futurum est: ita supercilium salit:
& apud Theocritum, *oculus dexter* salit: è stulta illa veterum superstitione ductum est, qua credebant, si pars aliqua corporis suapte sponte subsiliisset ac moueret, eiusmodi palpitationibus aut prosperi aliquid aut aduersi portendi. S. Augustinus libro secundo de doctrina Christiana: *His adiunguntur millia inanimarum observationum: si membrum aliquod saliterit: si iunctum ambulantibus amicis canis aut lapis aut puer medius interuenerit. Idem in libro De Natura dæmonum. Saltores vocati sunt, qui, dum eis membrorum quacumque*

partes